



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXIII.**

21. Decembris. 12. Cal. Januar.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**

ac deploro tam diuturnam cordis mei duritiam, quod post accepta & agnita tam ingentia à Deo beneficia in eo amando tam rudis adhuc & frigidus sim. Tu esto mihi magistra amoris, & ita me instrue, ut nihil præter Deum amem.

S. BERNARDUS, s. 3. de Ascens. D.

Quis sufficiat cogitare, quomodo rerum Dominus prævenit nos, venerit ad nos, subvenit nobis? & singularis illa Majestas voluerit mori, ut viveremus; servire, ut regnaremus; exulare, ut repatriaremur; & ad servilissima opera inclinari, ut constitueret nos super omnia opera sua?

Christi  
in nos  
benefi-  
cia.

21. Decembris. 12. Cal. Januar.

B. THOMA, Monache de Arnisburg in Germania: qui cum ex Divorum historiis non raro didicisses, quod Purissima Coelitum Regina devotis famulis se in augusta specie spectandam obtulerit, parem ab ea flagitasti favorem. Nec displicuit illi simplex desiderium. Cum enim quadam nocte nullum oculi tui fomnum admitterent, in pomerium descendens duas primùm splendidis elegantia Virgines audisti

Floruit  
anno  
1121.

466 ANNI CISTERCIENS.

*Canen-  
tem au-  
dit B.V.*

nes audisti cantantes: quas secuta est ipsa, ad quam anhelabas Mundi Domina radiis supra solem rutilantibus noctis tenebras dispellens, quæ concinentibus plenissimo choro Angelis talem edidit cantum, ut ob illius dulcedinem deficiente corde in terram corrueris. In quo corporis situ cum in aurora semivivus inventus esses, atque ad infirmorum cellam deportatus, resumptis denique viribus, narrasti stupentibus, quid illa nocte fueris expertus. Sed & per reliquam vitam nec illud spectaculum nec in Misericordiarum Matrem pietas è memoria tua evanuit. *Venerabile nomen Mariæ à multis retrò seculis solatio fuit afflictis. Docemur illam tua devotione venerari, etque ita famulari, ut vel illa sola precum nostrarum verba exaudiat, quibus oro, ut mihi succurras in hora mortis meæ.*

*Floruit  
circa  
annum  
1140.*

*Devotè  
preca-  
tur.*

B. JOANNES, Converse Grandissylvæ, singularis cliens Deiparæ Virginis; cujus Angelicam Salutationem cum juxta consuetas in Ordine Conversorum preces per diem sæpius repeteres, omnem adhibuisti conatum, ut nunquam sinè pia mentis ad illam elevatione pronunciares. Non voluit esse posteris ignotam hunc tuum laborem. Nam è tuo post obitum tumulo


tumulo liliū pullulavit, in cujus fo-  
 lliis auro picta apparebant dulcia illa  
 verba: AVE MARIA. Sic cor me-  
 um tale liliū, sit etiam lingua radix hu-  
 jus floris: quæ gratos orationum fructus  
 germinet & offerat Virgini Matri. O quot  
 causas habemus ipsam toto mentis affectu  
 venerandi!

Liliū  
 prodi-  
 giosum.

S. BERNARDUS, ser. Signum mag.

De plenitudine ejus accipiunt universi:  
 captivus redemptionem; aeger curatio-  
 nem; tristis consolationem; peccator  
 veniam; justus gratiam; Angelus lati-  
 tiam; denique tota Trinitas gloriam;  
 Filij persona carnis humane substan-  
 tiam: ut non sit, qui se abscondat à ca-  
 lore ejus.

Omnia  
 implet  
 Mariæ  
 pleni-  
 tudo.



22. Decembris. II. Cal. Januar.

BADAM Monache de Luka: qui te-  
 neros pueritiæ annos amori Mag-  
 næ Matris Deiparæ consecrasti illi vi-  
 cissim salus tua cordi fuit; quod ipsa  
 dulci spectaculo tibi dignata est de-  
 monstrare. Cùm enim fæda capitis  
 impetigo omnem medicorum indu-  
 striam diu clusisset, vera Salus infir-  
 morum, cinctæ Virginum choro in

Floruit  
 anno  
 1213.

VVS Ecclesia